Constituz.ⁿ Pontificia sobre Diezmos expedida por la Santidad de N. SS. P. Juan 570

Veinte y dos. 27

Joannes Episcopus servus servorum Dei: Dilectis filijs Abatibus Præmostratensibus, et Cæteris Abatibus et Canonicis Præmostratensis Ordinis tam præsentibus quam futuris religiosam vitam professis in perpetuum in Apostolicæ sedis specula quamquam inmeriti providente Domino constituti per singulorum statum soliciti esse compellimur, et etiam sincere tenemur complecti quæ ad incrimentum Religionis pertinent, et ad virtutum spectant ornatum, quatenus Religiosorum quies ab omni sit perturbatione secura, et á jugo mundanæ opressionis servetur illessa, Cum Apostolica fuerit tuitione munita: Attendentes itaque quomodo Religio et Ordo vester multa refulgens gloria meritorum, et gratia reddens sanctitatis palmites suos á mari usque ad mare extenderit ipsum ordinem, et Universas Domos ejusdem ordinis Appostolicæ protectionis duxit muniendis. Ea propter

dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus annuentes prout ex bone memorie Romanorum Pontificum Predecessorum nostrorum videlicet. Innocentij, et Alexandri apparet, quod de omnibus possessionibus que proprijs manibus, vel sumptis colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nulla ecclesiastica, secularisve persona Decimam à vobis exigere presumat, quidam perverso intelectu conficta dicentes quod hec non possunt, nec debent intelligi nisi de his que sunt ante generale Concilium adquisita, vos, et ordinem vestrum, ac universas Domos ejusdem ordinis in genere, et in specie fatigant. Nos enim propagationem ordinis vestri et tranquilitatem vestram intensis desiderijs affectantes prefatis, et alijs pluribus favoribus prosequi gratijs amplioribus vestris suplicationibus inclinati, vobis de speciali gratia concedentes, quod de cetero vos, atque omnes Abbates, et Canonicos, et universas Domos ejusdem ordinis vestri et tranquilitatem vestram intensis desiderijs affectantes prefatis et alijs pluribus favoribus prosequi gratijs amplioris vestris supplicationibus inclinati, vobis de speciali gratia concedentes, quod de cetero vos, atque omnes Abbates et Canonicos, et universas Domos in genere et in specie tam presentes quam futuras

a praestatione Decimarum tam de possessionibus, et hereditatibus habitis ante et post Concilium .... quae de caetero habendis, et tam de Novalibus sive ante sive post Concilium hujusmodi adquisitis, et adquirendis, quae proprijs manibus, aut sumptibus excolitis, sive excoletis, quae alias quomodolibet, vel qualitercumque per vos, l. per alios excolantur. Et etiam de illis possessionibus de quibus aliquas — hactenus Decimas percepit, necnon de hortis, virgultis, et piscationibus vestris, et de vestrorum - - - - - - - - - - - - - - - quibuscumque Constitutionibus, et ordinationibus Appostolicis et alijs in contrarium editis, etiam juram.to et Confirmatione Appostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis nonobstantibus. — Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae Concessionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum. Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Aviñon tertio nonas Januarij, Pontificatus nostri anno primo.

174.

Nota — Lo punteado se halla roto en la bula origin.l